

noster, nobilis Jacobus de Poncau, contra jus et antiquas libertates prescripte civitatis nostre in territoriis bonorum suorum, prefatis exponentibus jam sepius inhibentibus, cerevisiam braxaret exindeque prefati exponentes non mediocria damna percepissent. Cum autem nos prefatos exponentes in juribus ipsorum et antiquis consuetudinibus pacifice conservari intendamus, nolumus propterea, ut per commoditatem unius persone una civitas 5 incomodum suscipiat. Fidelitati itaque tue harum serie firmiter mandamus^{a)} ad unum certum et brevem terminum utrisque partibus, auditisque eorundem propositis et responsis, partes inter eas casum braxationis cerevisie, id quod justum fuit, decernas faciasque id, quod judicando decreveris, per partes firmiter observari, secus non facturus^{a)} perlatis exhibenti restitutus. Datum Bude in festo beati Nicolai episcopi et 10 confessoris anno MCCCCLXXXIX, regnorum nostrorum . . .^{a)}.

164.

Zwölf römische Cardinäle ertheilen auf Bitten des Priesters Gregor Kinast, Altaristen am Michaelisaltar in der Pfarrkirche zu Kamenz, allen denen, welche an gewissen Tagen den Festlichkeiten an diesem Altar theilnehmend beiwohnen, jedesmal 100 Tage Ablass, und Bischof Johann von Meissen 15 fügt seinerseits noch 40 Tage Ablass hinzu.

Rom, 1489 Dec. 14.

Stolpen, 1490 Febr. 8.

Hdschr.: Or. Perg. Pfarrarchiv Kamenz. Von den 12 ursprünglich anhängenden SS. sind nur noch die rothen Bindfäden und Blechkapseln der letzten 6 vorhanden. Auch das S. des Bischofs von Meissen ist von dem Pergamentstreif abgegangen. 20

Gebr.: M. Joh. Jak. Vogel, Leben — Johann Tetzels. Leipzig 1717 S. 98. Damals waren noch elf SS. der Cardinäle vorhanden.

Ann.: In dorso: J. Vvalgornera.

Rodericus Portuensis, Oliverius Sabinensis, Marcus Penestrinensis, || Johannes Albanensis episcopi, Johannes Michael tituli sancti Marcelli, Jeronimus tituli sancti Gri- 25 sogoni, Johannes Jacobus tituli sancti Stephani in Celimonte, Laurentius tituli sancte || Susanne, Ardicinus tituli sanctorum Johannis et Pauli presbyteri, Ascanius Maria sancti Viti in Macello, Raphael sancti Georgii ad Velumaureum et Johannes sancte Marie || in Aquiro diaconi sacrosancte Romane ecclesie, miseratione divina cardinales, universis et singulis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. 30 Quanto frequentius fidelium mentes ad opera devotionis inducimus, tanto salubrius eorum animarum saluti consulimus. Cupientes igitur, ut altare sancti Michaelis situm in parochiali ecclesia beate Marie virginis opidi Camentz Misnensis dioceseos, ad quod sicut accepimus dilectus nobis in Christo Gregorius Kinast presbyter, altarista ibidem, singularem gerit devotionem, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus jugiter 35 veneretur ac in suis structuris et edificiis debite reparetur, conservetur et manuteneatur, nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis et rebus aliis divino cultui necessariis decenter muniatur, utque Christi fideles ipsi eo libentius devotionis causa ibidem